



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica Tertia Adventvs. Testimonium S. Ioannis Baptistæ de Christo
Domino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

TESTIMONIVM S. IOANNIS BAPTISTÆ DE CHRISTO DOMINO

*Ille est qui post me venturus est, qui ante me factus est,
cuius Ego non sum dignus, ut solvam eius cor-
rigiam calceamenti. Ioan.2.*

VERITAS PRACTICA.

Quām bene de Christo Humilis, tām male
meretur Arrogans.

RATIO hac est inter alias, quod quām bene Is
de Christo mereri dicitur qui fidelis est Chri-
sti testū, tām male de Eōdem mereri dicendus
est qui contra ipsum testū est mendax.
Sed Humilis fidelis Christi testū; Arrogans
vero testū mendax.
Ergo quām bene de Christo humilis, tām male
meretur arrogans. Vnde qua ad humilitatis
Commandationem, superiori dicta sunt habu-
domata, valide confirmantur.

I. P U N C T U M.

N I SERVNT Judai ab
Ierosolyma Sacerdotes &
Leuitas ad Ioannem ut
interrogarent eum, Tu
quies? Et confessus est,
& non negavit. & con-
fessus est, quia non sum
Ego Christus. Lege quā-
plora sunt hodierni Evangelij, & cum ex sin-
gulis fructum possis colligere, tum ex toto il-
lo colloquio vide quam esset humilis sanctus
Joannes, Quicunq̄ uirtutē esset ut Chri-

*Horn. 7.
in Euang.*

*sus credi potuisset, elegit solide in se subsistere, ne
humana opinione raperetur inaniter super se. Sic
sanctus de eo Gregorius.*

Adhanc porrò humilitatis imitationem o-
portuna est Veritas proposita, si bene expend-
atur; Sic autem expendenda videtur, ut pri-
mo intelligas bene vel male mereri de Christo
idem prope esse ac si dicatur, sic se erga illum
gerere ut quod gesseris, bene vel male, sibi
factum reputet & repandat. Cum videlicet
sanctus Joannes præclarae ut vidimus; ac fide-
liter de Eō testatus est, tum profecto de Illo est
bene meritus, quia hoc testimonio bene illi
fecit, & benefactum Christus agnoscit. E contra
verò cum Judae de Christo detrahebant, hi
male de illo mercabantur, quia maledictis &
malefactis suis sc̄e illi opponebant, & alios à
credendo avocabant.

Atque hinc evidenter patet, quām vera sit
prima propositio de fidei vel mendaci. Teste,
nempe ut quantum ille bene meretur de Chri-
sto, tam hic male mereri dicendus sit. Licit e-
cūm Christus pro suo bonitate magis propen-
sus sit ad obsequia sibi præstata compendanda,
quām ad vindicandas injurias: qui tamen in-
juriam ei infert, non desinit tam male de eo
mereri, quām bene is meretur qui obsequium
præstat; imo & longe pejus ille demereri vi-
detur, quam alter mercatur, cū longe gra-
vius sit in suo genere Regem, Patrem, aut a-
lium

Dominus, 32. Ium cui mustum debeas, offendere quām illi benefacere. *H*accine reddidis Domino? *N*umquid non ipse est Pater tuus?

O si scires quantum debes Christo, tum intelligeres quid sit de illo bene vel male metteri.

II. P U N C T U M.

SED Humilis est fidelis Christi testis: Arrogans vero & superbus, testis est mendax.

Nam quoties incidit quæstio vel cogitatio dærebus benè gestis, de acceptis donis cœlestibus, vel de eorum acceptanda gloria, tunc Humilis recusando gloriam fideliter testatur de Christo quod sit bonorum omnium author, illique uni gloriam esse referendam. Non nobis Domina non nobis, sed nomini tui da gloriam. omnia enim opera nostra operatus es nobis. Gratia Dei sum id quod sum.

At vero Arrogans hoc ipso quod est arrogans & superbus, sibi attribuit quod Christi est, & negat Christo quod suum esse jactitat: licet enim ore confiteatur, factus tamen negat, cum rei bene gestar laudem sibi sic debitam putat, ut nisi reddatur, excandescat: neque de Christi Domini gloria ullo modo sollicitus, sibi uni intendat extollendo. *In*sanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas. Sic Dominus arroganti, cui & apie Apostolus, Frustra, inquit, inflatus sensus carnutus & non tenens Caput ex quo totum corpus crescit. Vos testes moi, dicit Dominus; At quām longe diversi testes, humilis & superbus!

III. P U N C T U M.

QUAM benè igitur de Christo Humilis, tam male meretur Arrogans: Cūm se erga Christum uterque tam opposito gerat modo, quām verax & falsus testis opponuntur; atque

ita utriusque stipendia tam diversa esse convenit, *Quanta pates esse diversitas, inter delatum obsequium, & illatam injuriam.*

O humilitatis præmium supra quām dici potest gloriosum cum ex Christi ore humilis audiet, *Eo testis meus fidelis.* O arrogantiæ *Apoc. 2.* probrum, supra omnem penam & infamiam, cum ab Eodem dicetur arroganti; *Insurrexisi in me, testis inique.* Recordare quanta adversum me dixeris testimonia. Et certe si arrogantiæ per se sola sic est invisa Domino, ut ipse dicat, *Arrogantiam & superbiam detestor;* quanto magis est detestanda, cum sit iam injuriosa Christo? Si vero de quolibet falso teste sic affirmatur, *Testis falsus non erit impunitus,* & qui mendacia loquitur non effugiet; Quid de falso teste contra Christum.

Et quidem non dubitabis hæc in arrogantiæ merito esse congerenda, sed an ex illis suis, forte non ita perspicies; Adverte diligenter. Tu quis es? quid dicas de te ipso? An laudem omnem à te in Christum reiçis? An gaudes humiliatione tua, ut Christus inde exaltetur? *Apparuerunt humiles mei.* Netibi palpes *Judith. 16.* in re tam seria, Numquam Christum exalcabis nisi te deprimas; & quoties te exalias, toties Christum deprimas. Sic utrumque opponitur à Prophetæ: *Ei incurvabitur homo, & humiliabitur, & oculi sublimium deprimuntur;* & *Ioan. 3.* exaltabitur Dominus. Illum oportet crescere, me autem minui. Jam vero vide, utrum è duobus magis expediatur, an depressione tua Christum exaltari, aut exaltatione tua Christum depressi? Numquid non satis jam depresso est Christus ut te exaltaret? Sic perge ad omnem prouersus elidendam superbiari.

* * *

IN



IN EADEM DOMINICA TERTIA ADVENTVS.

AD HÆC EVANGELII VERBA.

Tu quis es? Ioan. i.

ALIA VERITAS PRACTICA.

Tres hominum status ad perfectionem tendentium, his tribus verbis, Tu quis es? eò valde promoventur.

RATIO EST. Quia tres hominum status, qui dicuntur *Incepientium*, *proficientium*, & *perfectorum*, tunc valde promoventur ad perfectionem, quando à via purgativa facilis & solidus fit progressus per illuminativam, ad eam qua dicitur univisa. Sed talis progressus fit facilis & solidus per illa tria verba. Ergo illis tribus verbis, Tu quis es? tres homini num status valde promoventur: ac proinde exibro sunt usurpanda.

22. q. 24.
a. 9.

PRIMA proposicio nullam difficultatem habet: Si quis plura tamen de illa desideret, Videatur, Sanctus Thomas loco, hic annotato, & quæ infra ex eo referuntur.

SECUNDA sic breviter demonstratur: primo quidem in via purgativa qua se Incepientes præteritis purgant peccatis, nihil aptius ad illam peccatorum purgationem ex vera contritione cum gratia faciendam, quam si quis sibi serio & attente dicat, Tu quis es, qui Deum offendisti? Tu creatura Creatorem! Tu servus Dominum! Tu filius Patrem! Tu homuncio vilissimus summum Deum! Tu innumeris praeventus beneficis Benefactorem extimis! Tu quis es? Tu Christianus, tu Religiosus, Tu Sacerdos Christum cruci affixisti? Quoniam si inimicus meus maius dixi: sei mihi sustinuisse unique! Tu vero homo unanimitas, dux meus, nouus meus qui simul tecum dulces capiebas cibos. Haec bene expensa mirum quantum efficiat in animis tantillum præparatis. Varij

Pf. 54.

sunt autem scripturæ loci unde tales affectus eruantur. Quid est quod debui ultra facere vi- 11. 6.
nea mea, & non feci? an quod expectavi ut Ier. 2.
facere: uvas, & fecit labruscas? Egote planta- Thren. 4.
vi, vineam electam: Omne semen verum, quo-
modo ergo conversa es mibi in præiuum, vinea
aliena.

Quomodo obsecratum est aurum, mutatus color optimus! filij Sion incoliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in uasa testea! Candidiores nazares eius nire, nitidiores lucte, rubicundiores ebore antiquo, sapphire pulchiores, denigrata est super carbones facies eorum! Popule meu quid feci tibi, aut quid molestus fui? re- Mich. 6.
ponde mihi.

DEINDE vero in Via illuminativa quæ proficientes crescunt de virtute in virtutem, mire proslidunt in eorum animum illustrationes ex his verbis *Tu quis es?* ad omnes actus suos virtute temperandos. Tu quis es? non bellua, ut vivas cæco natura impetu, sed homo ratione præditus, ut intelligas universa quæ agis 2. R. 3.
& quicumque verteris, sicut Salomonem Filium, David moriens admonebat. Tu quis es? non paganus, ut civilitatum & politica ratione vivendi vivas; sed Christianus, ut supernaturali lumine & motivo movearis. Tu quis es? non agrestis non rusticus, non rerum divinarum ignarus, sed in scholis eruditus & ad omnem pietatis formam educatus. Tu quis es? non sæcularis, non laicus non vili additus mancipio, non necessariis vita subsidijs comparandis, non importunis negotiis curis presibus; sed segregatus ab omnibus, ut quod unum est necessarium cogites & perficias; Nonne hinc lucidæ & ardentes ad omnes Virtutis actus in illuminante via succenduntur faces?

Reges gentium, ajebat Dominus, dominans eorum, & qui potestatem habent super eos beneficii volantur, Vos aitem non sic. Quasi dice-
ret,



ret, spectandus cuique est status suus, consideranda vocatio & persona, dicendumque sibi, Tu quis es? & dicenti virtus respondeat.

SIC denique in Via unitiva, procedendo semper ad perfectiona, ex consideratione sui, sive quoad personam, sive quoad statum, sive quoad locum, vel ad tempus, vel ad acceptas gratias, unde accendaris ad plures aut sublimiores Charitatis, Resignationis, Devotionis, & Divinæ Unionis actus. Quis ego sum, aut qui est vita mea, aut cognatio Patrii mei, ut siam gener regis? Quid est homo quia innotuit: si, aut Filius homini quia reputas eum? O homo tu quis es qui respondens Deo? Numquid dicit figuramentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Quæ verba multum valent ad perfectam iudicium & voluntatis humanæ cum divina subjectione: nec parum promovent hujus perfectæ subjectionis frequentem proximam, tria verba saepè repetita, Tu quis es? Tu quis es, qui divina scripturæ arcana? Tu quis es, qui te putas intelligere quæ soli Deo nota sunt? Tu quis es, qui Deo sic volentis, sicut ordinanti, vel tantisper contradicas? Tu quis es, qui respondeas tot accep-tis beneficiis & gratiis? Tu quis es, postquam

omnia faceris, nisi servus in silo?

Ex quibus sic consideratis patet aperte Veritas de tribus illis verbis, pro triplici homi-num statu seu perfectionis, in qua tantum pro-ficies quantum à te defices: tantumq; à te defi-cies, quantum attentè consideraveris, quod ad-monebat S. Bernard. Papam Eugenium. Quid, quæ qualis sis? Quid in natura? Qui in persona? Qualis in morib; Quid, verb. g. homo: Qui? Papa vel summus Pontifex; Qualis? benignus, mansuetus, vel quidquid tale; Quo de argu-mento ibi fusæ & in Cantica, unde nos infra in tercia parte aptius. Satisque modo sit quod sanctus Augustinus scribit: Scio unde venisti, aut quo vadu: quomodo viru: quantum proficiu: vel desci: u: quam longe es à Deo vel prope, non in-
ter vallu: locorum, sed similitudine vel dissimili:
tudine morum. Scio quomodo homo es, cuius con-
ceptio culpa, nasci miseria, uiuere poena, mori-
ceste.

Vide de hac nostri cognitione in 3. parte Fe-
riam tertiam Dominicæ undecimæ post Pen-
tecosten.

^{2. de con-}
^{sid. 4. & se-}
^{quenib.}

^{Serm. 3. 6.}
^{l. de spir. &}
^{animæ, c. 5. ¶}

IN EADEM DOMINICA.

AD HÆC EVANGELII VERBA.

*Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam
Domini.* Ioan. 1.

ALIA VERITAS PRACTICA.

Vox clamantis in deserto post peccatum, Pecca-ti conscientia Peccatori audienda.

SENSUS EST, Quod sicut post pecca-tum fit anima peccatoris, quoddam deser-tum, quia deseritur ab omnibus suis bonis, & nullius capax est meriti; sic in illo deser-to fit quædam vos clamantis ad peccatorem, quæ est ipsa peccati perpetrati conscientia, quam peccator non minus debet audire ad dirigendam & parandam viam Domini,

quam Judeis erat audiendus sanctus Joannes.

RATIO EST, Quia idcirco à Iudeis erat au-diendus sanctus Ioannes, quod ita ordinatum esset, ut prius à Ioanne baptizarentur Baptis-mo Pœnitentia, ac deinde Christum recipie-rent. Sed non minus esset ordinatum ut peccator audiat conscientiam de peccato pœnitendo & depo-nendo admonentum, ut sic Christum recipiat. Ergo non minus eam debet audire quam à Iudeis esset audiendus sanctus Ioannes.

F

Quod



Quod non debet tantum intelligi quoties sacra Communionis est frequentanda, sed quoties per peccatum Christus expulsus est, ut requiratur, ut revocetur, ut recipiatur; Vox illa, vox conscientie clamans penitentiam, est quanto-

re i sensumque compungans: & quadam exedans vis era conscientia, que tanquam vermes ex unoquoque nascitur. Similitudo gladii & stimuli sat frequenter etiam usurpatur: quasi gladio pungitur Conscientia, aut sapiens. Christus vero Dominus ad Saulum: Durum est tibi contra stimulum calcarare. Sunt qui stupori dentium qui sentiunt ex eis acerborum fructuum, conscientiam dicant esse similem, propter hos Scripturæ locos, qui comedunt uam acerbat, obstupescunt deinceps eis. Flagellum alii nuncupant quo intus anima peccatoris caedatur, & a sua militaria quibus assidue strepentibus contremiscat, ut est apud Prophetam, Vox flagelli & vox impetu rota, & equis fremens, & quadrige servientia, & equis ascendens, & micantis gladii, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfictæ, & gravis ruina. Quibus apte quadrat illud Poëta non ignobilis: Quos dira conscientia culpa, mens habet attonitos, & surdo verbore cadit; Occultum quartento animo tortore flagellum. Alii denique, vocem esse vel Correctoris, vel Pædagogi, vel Concionantis, vel quocumque modo clamantis, Quid fecisti, resipisci: vel tanquam ille Jobi Iervus & nuncius qui perditis omnibus bonis, Eva si ego, inquit, filius ut nuncarem tibi? sic plane pereuntibus peccatori bonis cœlestibus, sola restat conscientia, quæ accepta per peccatum cladis & ruinæ nuncium ferat; unde ut dictum est, cum anima velut desertum fia, recte Vox in deserto clamans seu clamantia, diei potest, seu potius, Vox Domini concutentia desertum.

L. 7. in Ius.
c. 14.

Prov. 12.

A. 9.

Ier. 31.

Ezech. 18.

Nahum. 2.

St. 42.

S. Hier. in

Ezech.

Iob. 3.

P. 28.

Ad primam propositionem non est haerendum diuinus, cum aperiè Christus Dominus Judæis exprobaverit, quod cum Joannem non audiissent, **Matt. 11.** nec ab eo baptizati essent, sic divinæ ordinationis non steriles: **Baptismus Ioannis,** inquietabat illis, unde erat: è cœlo? an ex hominibus? responderunt se nescire sed mente ebantur, aut erat eorum ignorancia inexcusabilis, cum omnes haberent Joannem ut Prophetam, & satis patet cum esse quem prædicterat Isaías, sed noluerunt fateri, ne scipios condemnarent, quod ei non credidissent, & quod ei non credentes, cœlesti & divinæ ordinationi non se conformassent. **Quod ipse Dominus sic alibi declarans expressius:** Omnis, inquit, populus audiens & publicani justificaverunt Deum, baptizatis baptismo Ioannis. Pharisei autem & turisperiti consilium Dei preverunt in semetipsos, non baptizati ab eo. **Quid clarius?** & quid apertius ad indicandum quæcumque momenti ordinatis ad salutem facie medius, quæ dicuntur Dei consilia?

Lnc. 7.

Rom. 2.

3. de off. 12.

S E D, quæ est alia propositio declaranda, non minus est ordinatum ut peccator audiat conscientiam de peccato pœnitendo & deponendo admonentem, ut Christum recipiat. Duo hi essent d'inde exponenda, primum quomodo Conscientia sui vox clamans in defero cordis post peccatum. Vnde quomodo sit ordinatum illam audiiri à peccatore ut Christum recipiat. De primo vallis sunt loquendi modi quibus Scriptura & Patres usuntur. Modo enim dicunt conscientiam esse velut tribunal iustitiae juxta illud Apostoli de gentilibus: **Quis ostendit opus legi scriptum in Cordebus suis, testimonium illius reddente conscientia eorum & inter se in vicem cogitationibus accusantibus, aut defendentibus.** Sic S. Ambrosius, **Innocentius,** inquit, & flagitiorum merita discernit, vera atque incorrupta pœnara premiorumque arbitra. Idem vero alibi sanctius Doctor declarat, quomodo vermi in scriptura comparetur, **et quod irrationalia anima peccata mentem**

propositionis caput, quomodo sic ordinatum, illam audiri vocem à peccatore ut Christum recipiat, utibus modis explicari potest, quibus recipitur Christus. Primo enim re ipsa recipitur in sanctissimo Sacramento, post expiavitatem conscientiam, & in hoc sensu facile est intelligere quomodo sit illa audienda peccatori, nempe ex parte confessione peccata.

Secundo recipitur Christus, recipiendo doctrinam ejus quæ in proximis festis renovatur, ut dicitur sequenti Dominica, cui doctrinæ recipienda parandus est cum gratia noster animus, parandoque clamat Conscientia, quam fuerint vitæ præterite dissimiles actus, quam fuit Christi & mundi contraria dogmata, quantaque sollicitudine Puer parvulus qui nobis in Doctorem est datus sic audiendus, ex parte Beathemeticus, tanquam ex cathedra clamans,

Vani-

Vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Tertio deniq; sicut per peccatum expellitur Christus, ita per veram pœnitentiam revocatur & recipitur. Ecce, inquit, *suo ad ostium & pulso*, si quis audierit vocē meā, & *aperuerit mihi januam*, intrabo ad illum, & canabo cum illo, & ille mecum. Vox autem illa Christi pulsantis, vcl est ipsa vox conscientiae per divinam gratiam excitata, vel ipsa est Gratia excitans & commovens internam vocē qua peccator provocatur ad resipiscitiam, quæ tam necessaria est ad recipiendum Christum per gratiam sanctificantem, quam necesse omnino est a te expelli peccatum quam illa gratia recipiatur.

Apoc. 3.

Convertismini ad me, & convertar ad vos, dicit Dominus. *Convertismini de viâ vestri malâ, & de cogitationibus vestris pessimiis.*

Zach. 8.

Hoc est dirigere & parare viam Domino, sic converti cum præveniente nos gratia. Hoc est quod clamat illa vox & gratiae simul & conscientiae, non modo quando aliquoties confidimus est & communicandum, aut quando jam parandi sumus ad proxima Domini natalitia: sed statim aripe peccatum est, statim vox illa clamat. Reverti, Reverti, Numquid quis cadis non resurget? Vade & clama sermonis filios contra aquilonem & dices: Reverti, aversatrix Israhel, aut Dominus, & avertam faciem meam.

Cant. 6.

Ier. 8.

Ibid. 3.

à vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascaris aeternum. Veruntamen scio iniquitatem tuam, quia in Dominū Deum tuum prævaricata es. Sic Gratia in Scripturis, sic per Cōcionatores & alios innumeros modos excitat solet peccatorem: sed vix ullo modo aptiori quam per Conscientiam, quia hæc intus clamat semper & ubique clamat, libere clamat, nulli adulatur, nullum timerit nisi Deum.

O quis ergo non audiat illam vocem? quis saltem non videat sic audiendam esse peccatori, si Christum à se expulsum velit recipere, ut nisi audiat illam vocem, nisi resipiscat, nisi convertatur, nunquam Christus revertatur. Non ero

Iosue 7.

ulci à vobis cum donec *CONTERATIS eum*, qui reus es. Expende singula, & urge acius quale sit motivum non differenda pœnitentiae quod Christus adsit intus vel ablit, prout peccatorem vere pœnitit sui peccati. Patimne cuiquam debet esse tanti hospitis præsentia vel absentiali? quid mundus sine sole? quid sine duce, acies? sine pastore gressus ovium? sine magistro schola? sine anima corpus? aut sine mente anima? Sic de te cogita si sine Christo sis. S. Ito. & vide quia malum & amarum est, relinquere te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

Ier. 2.

HAC HEBDOMADE, consideratur Verbum Incarnatum, residens in utero Virginis Matris. Varii eius status sub numero septenario, sigillatim in dies recensentur, unde Veritates practicae ad Amoris Divini gradus & effectus pernoscendos eruuntur:

FERIA SECUNDA.

SEPTEM PRÆCIPVI TITVLI QVIBVS CHRISTVS DOMINVS DIGNOSCI POTEST.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum; qualis est dilectus ex dilecto. Cant. 5.

VERITAS PRACTICA.

Affectu potius quam studio Christus dignoscitur
RATIO EST, Quia cognitio Christi, qualis hic ad perfectionem desideratur, Dei potius donum est quod recte dispositus inserviatur, quam

quod humana conquiratur industria,
Sed ad donum hoc recipiendum, affectum magis quam studio disponimur.
Ergo & affectu potius quam studio Christus cognoscitur.

F 2

L. PLIN.



I. PUNCTUM.

EXPENDI primò debet, quod cùm homines naturā scire desiderent, nihil scitu desiderabilius, nihil excellētius, nihil utilius aut magis necessariū, quām Christus Dominus. *Hac est, inquit, vita eterna, ut cognoscant te scilicet verum Deum, & quem missi filium Christum. Tum sanctus Petrus: Crescite vero in gratia & in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi.*

Deinde verò adverte, quod cùm multa de Christo Domino investigari & sciri possint, tum verò quae sunt præcipua ex septem ejus titulis esse perenda; siveque legendo vel meditando consideranda, ut quām perfecte virtutes omnes iis respondentes habuerit, quantoq; propterea sit nobis cultu colendus, expendatur.

Hi autem Tituli sic breviter recensentur: Primus unde alii deducuntur, MEDIATOR seu REDEMPTOR, & SALVATOR HOMINUM. *Vnus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus.*

2. SA-CERDOS & PONTIFEX. Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: *Fidelis Pontifex ad Deum, ut reproprietaret delicta populi.*

3. REX & DOMINUS. *Dominus Iudea noster, Legifer noster, Dominus Rex noster, ipse salvabit nos.*

4. Totius mystici corporis CAPUT. *Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum.*

5. PASTOR, seu DOCTOR. *Docet nos vias suas & ambulabimur in semitiis ejus.*

6. SPONSUS. *Qui habet sponsam, sponsus est.*

7. FRATER. *Non confunditur fratres eorum vocare dicens: Nunc iabo nomen tuum Fratribus meo.*

Quid de his igitur Titulis melius senserit, is melius Christum cognorit, atque ut sic melius agnoscatur. Affidu potius quam studio vel humanæ operæ est perquirendus. Ratio est expedita siveque paucis exprimitur quæ fusiū meditando dilatetur. Nempe hæc Christi cognitio, donum est Dei potius quod recte dispositis infunditur, quām quod humana conquiratur industria. Res est tam sublimis, tam divina & supra omnem humanam eventu intelligentiam, ut non nisi à Deo, & non nisi recte dispositis communicetur: *Quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subditu peccati.* O miserandam illum.

malevolam animam, quid nisi insipiens & insipida, in quam non intrat sapientia?

II. PUNCTUM.

ATQVI ad hoc donum recipiendum, affectus magu quām studio vel consideratione disponimur.

Non improbat studium nec consideratione, immo est diligenter adhibenda; sed in ipsa consideratione debet anima plus vacare affectibus concitandis, quam discursibus extendendis. Dum enim Admiratio, Gratitudine, Confusione, Contritione, Compassione, Desiderio & aliis affectibus commovetur, purgat se cum Divina gratia à peccatis, malevolentiam suam excusat, divinæ Justitiae satifacit, & misericordiam provocat. *Audiviorationem tuam, & videlicet lachrymas tuas.*

Deinde vero, quando voluntas se suis pravis exxit affectibus, ut puriores induat, Ipse intellectus fit capacior ad intelligendum, quod minus ante vidisset: quippe qui ante velut nube & fumo, sic pravis obscurabatur affectibus; *Psalmus & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.*

Denique cùm per communicationem voluntatum, & reciprocari affectuum retributio nem, magis sentitur præsens Christus, magis etiam dilipitor animus ad eum cognoscendum; sic enim nichil pescipitur quām sit bonus & suavis, quām fidelis & verax, quām vere Pastor, Frater & Sponsus; *Quām bonus Israhel Deus, his qui recte sunt corde!* *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.* Itane gustas? aut *Psalmus 100. venies ad me.*

III. PUNCTUM.

Sic igitur affectu potius quam studio Christus cognoscitur: Cum sic ad ejus cognoscendi gratiam sine qua non potest bene cognosci disponimur & aptamur. *Hoc enim si vobis cum adiutem & superent, inquit S. Petrus de suis affectibus, non vacuus, nec sine fructu vos constituet in Domini nostri Iesu Christi cognitione.*

Cuienam non praestosunt hac, coecus est & manu tentans. Atque hinc præcursor S. Joannes qui ad Eum manifestandum totus erat, *Erat, ut ait Dominus, Lucerna aerdens & lucens; prius ardens, tum lucens.* Nam quidam amando me intime, ut est in libro aureo de Imitatione Christi, didicit divina, & loquebatur mirabilia plus proficit in relinquendo omnia, quam in studendo difficultia. Tu magis luci attendis quam ardori. Tu ma-



magis pascetis visu, quam gustu : magis scire appetis quam facere.

Hoc deplorandum, & contraria ut deinceps magis afficiari in orationibus, statuendum. Jamjamque ex unoquoque Titulo quem considerasti, affectum cum gratia elice congruentem. Salvatori gratitudinem exhibe, Pontifici cultum, Regi honorem, Capiti demissionem, Doctori docilitatem, Sponso & Fratri amorem impende, repende, effunde coram illo constitum, & velut sancta Seraphim alius tuis te conceita, vel potius sine te cosciturari & affici. Quoniam quis Deus prater Dominum? Aut quis Deus prater Deum nostrum. *15.6.*
Ps. 17.

FERIA TERTIA.

SEPTEM SINGVLARES PERFECTIONES VERBI INCARNATI RESIDENTIS IN UTERO VIRGINIS MATRIS QUAE SINGULARREM A NOBIS DILECTIONEM EXIGUNT.

Speciosus forma præ filiis hominum. Ps. 44.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Caput eius aurum purissimum, guttus illius suavissimum, & totus desiderabilis. Talis est Dilectus meus, & ipse est amicus meus. Cant. 5.

VERITAS PRACTICA.

Aurum ignitum est Amor Christi, in quo non tam ardor, quam puritas queritur.

RATIO EST. Quia ad amorem sui, Christus totum cor nostrum querit.

Sed non tam ardore quam puritate, totum Christo cor nostrum traditur.

Ergo in Christi amore non tam ardor quam puritas queritur.

I. PUNCTUM.

*Q*UAM si omni modo perfectus Dominus, quamq; singulariter propterea sit a nobis amandus, & per se pauper, & cogitari potest etenim. Sed quas præ cæteris infantibus singulares habeat in ipso Matris utero perfectiones, non ita forteliquerit, & ad singularem ejus in nobis excitâ-

dum amorem vel maxime opportunum est investigare. Hæ sunt autem septem in quibus considerandis plus minusve moræ dabis, pro affectu quem senties. Prima est SANCTITAS, nam cæteri infantes ordinarie in peccato concipiuntur, at ille sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus & excelsior cœlio satius. Secunda, IUS RATIONIS, seu viuiles infantes, Creavit Dominus novum super terram; Ecce mina circumdabat virum. Tertia Divina sapientia & scientia thesauri ibi absconditi, de quibus Apostolus atque imprimis GRATIA CAPITIS, De cuius lenitudo nos omnes accepimus. Quarta, COMMUNICATIO gratiarum cum sanctissima sua matre; Nullus infantum matrem suam elegit, nullus ex utero eam novit, nullus illi benefacit; Hic autem infans præterquam quod suam matrem elegit, sic illi sua

F. 3. COMA



Cant. 6.

communicat, ut quod habet mater Virgo, ad
nutriendum filium, hoc à Filio accipiat. Ego
dilecto meo, & Dilectus meus mihi, qui pauci-
tur inter Lilia. Quinta, SUBLLEVATIO Ma-
tris uterum gestantis; cum reliqui infantes sint
oneri; Lavaciu[m] sub capite meo, & dextera
illius amplexabitur me. Sexta, MERITUM

Ibid. 2.

continuum; Jam enim à primo Conceptio-
nis oru[m] se suaque Patri offert pro nobis, nec
unquam cessat à virtutibus exercendis, ut in-
fra videbitur;

Hebr. 10.

Ideo ingredens munera dicit; hospi-
tiam & oblationem noluisti, corpus autem
apta sumi mihi. Tunc dixi Ecce venio. Septima
est BEATITUDO anima videntis Deum; hoc
est diadema quo coronavit illum Mater
sua, in die desponsatione eius, & in die latitia cor-
di eius.

Cant. 3.

O verè speciosum formam praefiliis hominum,
vere torum desiderabilem, & electum ex milli-
bus! Numquid qui tam singularis est in suis
perfectionibus, sic singulariter & unice à no-
bis est diligenter? Hoc est videlicet aurum
ignitum; quod ipse nobis suaderet emendum.
Hic est amor quo vult amari, qui non satis in
ardore sed puritate. Excellentia quidem amo-
ris est, si simul jungi possent ardor & puri-
tas, sed comparatione facta unius cum altero,
dicitur Ardori præferenda Puritas, sicut in
auro ignito non tam spectatur ut ardeat, quam
ut purum sit & defecatum ab omni alio pro-
fus metallo. Ita plane amor Christi sive ar-
deat, sive non: non tam ardor queritur quam
eius puritas ab omni alia creatura. Cur ita por-
ro? Quia videlicet Christus totum cor no-
strum querit. Expende hanc rationem, valde
ponderosam. Diligas, inquit, Dominum Deum
tu[m] ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,
& ex tota mente tua, & ex tota virtutetua, &
ex omnibus viribus tuis, & ex tota fortitudine
tua. Ubi sexies vox tota, vel æquivalens repe-
titur, ad indicandum haud dubie, quanto pe-
re id exoptet. Ei certe, nonne illi debetur? pu-
tasse illi deberi amorem nostrum? At quo ju-
re? quo titulo? quo nomine? Expende singula-
& videbis eadem profusa ratione deberi amo-
rem ex toto corde, qua debetur amor. Confi-
teor tibi hoc Domine in toto corde meo.

Matr. 12.

Luc. 10.

Dent. 6.

Pf. 9.

Ardenter quidem quantum possis diligere, sed
præcipue singulariter, pure, & unicè; Minus
semper Christum amabis, si quid cum illo a-
mes, quod non pure pro illo ames, etiam si tibi
illus amore ardere videaris. Potest Daemon,
potest natura tua illum ardorem sensibilem
concipiare & te decipere; sed in puritate cordis
nulla deceptio. Si quando etiam ardorem ver-
um & sanctum non sentias, potes excusari,
quia non in nostra situs est potestate, neque ad
illum excitandum semper confortur graui, cum
sic sensibiliiter Christus non ita velit diligere
sicut pure & unicè; hoc enim semper & absolute
vult. Haec est eius natura immutabilis, ut non
ex parte sed ex toto diligatur. Dilectus tuus, ait Imit. Ch.
Kempensis, talis est natura, ut alienum non c. 7. & 8.
velit admittere, sed solum vulnus cor suum habere vide.

Quid est enim totum Christo cor no-
strum tradi? Nempe sic à nobis unice & sim-
pliciter Christum diligere, ut nulla prorsus alia
creatura, cum ipso diligatur, nisi ordinate
propter ipsum. Sic sanctus Basilius & alii passim
Quod dicit in toto, nullam in res alias divisionem
admitit; quantū enim dilectionis in hac inferio-
rum sumpseris, tantū necesse est ut demas de toto.

At vero ardor non facit illam dilectionis
simplicitatem, sicut puritas: potest quis ardere
in aliquo divini amoris actu, qui simul inordi-
nate feratur in alias creature; non potest autem
sic pure Deus diligere: Nam puritas excludit om-
ne aliud quod non est Deus, vel proprius Deum;
Sicut enim inordinato creatura amo & cor in-
sicitur, sic non purgatur nisi illo amore exclu-
so. Animas vestras castificantes in obedientia
Charitatis, inquit sanctus Petrus; nempe sicut
ad castitatem spectat exclusio sensualis amo-
ris, ita ad Charitatem Dei, omnis iste amor
Creaturarum excludatur necesse est qui non pu-
re ex obedientia, id est, sicut Deus præcipit,
exercetur. Quomodo autem præcipiat, audi;
Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, si-
cuit dilexi vos, expende illud sicut, quam pure,
quam sancte, quam ordinate. Itane diligis qui-
quid diligere? Et tamen præceptum est Domini.

in Psalm.

1. Petr. 1.

Ioan. 15.

2. Tim. 1.

III. PUNCTUM.

AVRVM igitur ignitum est amor Christi, in
quo non tam ardor quam puritas queritur.
Cum totum queritur cor, quod non tam ardo-
re quam puritate totum traditur. Sic dicitur, si-
nis præceptum Charitas, de corde puro.

Ardenter quidem quantum possis diligere, sed
præcipue singulariter, pure, & unicè; Minus
semper Christum amabis, si quid cum illo a-
mes, quod non pure pro illo ames, etiam si tibi
illus amore ardere videaris. Potest Daemon,
potest natura tua illum ardorem sensibilem
concipiare & te decipere; sed in puritate cordis
nulla deceptio. Si quando etiam ardorem ver-
um & sanctum non sentias, potes excusari,
quia non in nostra situs est potestate, neque ad
illum excitandum semper confortur graui, cum
sic sensibiliiter Christus non ita velit diligere
sicut pure & unicè; hoc enim semper & absolute
vult. Haec est eius natura immutabilis, ut non
ex parte sed ex toto diligatur. Dilectus tuus, ait Imit. Ch.
Kempensis, talis est natura, ut alienum non c. 7. & 8.
velit admittere, sed solum vulnus cor suum habere vide.

II. PUNCTUM.

SED non tam ardore quam puritate totum
Christo cor nostrum traditur.



Isa. 28. Et tanquam Rex in proprio throno sedere. Sic & Pr opheta, Conangustatum est stratum, ita ut alter decedat, Et pallium breve, utrumque operire non posset.

Matt. 27. Quia nobrem cum alterutri dilectorum sit deserendus locus, utrum opas è duobus? Responde. Quem vultu dà duobus vobis dimitti? Meministi hujus oprobrii quondam illati Christo? Hoc idem modo à te queritur, cum de diligendo unice Christo agitur, aut solus est diligendus, aut non diligendus; aut excludendus à corde Christus, aut ille alius qui par-

tem cordis occupat. O pudor humani cordis! Cor quidem tuum nimis angustum est tam amabili Christo diligendo; sed si Solum diligentes non designaretur Christus illas angustias. Quod unum designatur, est socius cordis quem adhibes, etiam si latius & capacius univerto cor haberes! Dum regnet salus in corde Christus, potest ipse latius regnum suum dilatare, sed si socium ei addideris, regnum eius aut regni sedem sic angustas & constringis, ut nec ibi regnare possit, nec velit vivere.

FERIA QUARTA.

SEPTEM DONORVM SPIRITVS SANCTI PLENITVDI IN VERBO INCARNATO.

Egredietur virga de radice Iesse, Et flos de radice eius ascendet: Et requiescat super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiae & Intellectus, Spiritus Consilij & Fortitudinis, Spiritus Scientiae & Pietatis, Et replebit eum Spiritus timoris Domini.

Isa. II.

VERITAS PRACTICA.

Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus. Gal. 5.

SENSUS verborum Apostoli est, ut quantum patet, nos posse ambulare spiritu, id est, omnia nostra secundum Spiritus sancti motum peragere, tantum excitemur ad id peragendum, tamen certo credamus nos ita debere ambulare. Quod autem pateat nos id posse, inde evidens facit, quoniam, inquit, spiritu vivimus, spiritu animati & vegetati sumus sicut proboscitis, unde nec dubitare potest quia possumus: ac proinde etiam fu-

possumus, quin debeamus. Ergo ita omnia in spiritu sicut possumus & debemus, operemur, & ita spiritu ambulemus sicut spiritu vivimus.

SIC autem brevius indeformatur ratio. Si manifeste patet, nos posse ambulare spiritu, stirpe ambulemus, seu quod idem est, ad id excitemur, illi nos debera credamus.

Sed si spiritu vivimus, manifeste patet nos posse ambulare.
Ergo sic spiritu ambulemus, sic provocemur, sic persuadeamur ut ambulemus.

L. PLINCI



I. PUNCTUM.

QUID de unoq uoque Spiritus Sancti
Dono sit sentiendum, & quomodo
in Christo Domino fuerit, sic pau-
cius ex D. Thoma collige, quæ fusiū
2. 2. q. 45. meditādo per pēdēs. SAPIENTIA est cognitio
a. 1. & Contemplatio causæ alissimæ qua est Deus:
Est & iudicium rectum de rebus omnibus,
1. 2. s. secundum divinas regulas. Sic Christus Domi-
nus dicebat, Sicut audio, iudico, & iudicium
meum iustum est. INTELLECTUS est intima
2. 2. q. 8. quædam cognitio seu supernaturale lumen
a. 2. quo res obfcuras & reconditas ita penetramus,
ut intus le gere quodammodo videamur. Sic
Luc. 24. Christus Dominus perfecte intelligebat, & in
interpretabatur scripturas qua de ipso erant.
2. 2. q. 52. CONSILIIUM. est de singulis agendis supra
a. 1. & 2. naturalem & humanam prudentiam quæ sic
adjuvatur & perficitur; sic Christus D. duxit
Matth. 4. et in desertum à spiritu; Et qua Deo placita e-
Ioan. 8. ram faciebat semper.
FORTITUDO est qua prevenitur ad fi-
2. 2. q. 193. nem operis inchoati, ad quem ex ipsa virtute
a. 1. fortitudinis pervenire non potuisses, propter
occidentes difficultates: Et hoc præcipue opera-
tur Spiritus sanctus in homine, inquit S. Doctor,
cum perducit eum ad vitam eternam, qua est
finis omnium bonorum operum, & evasio om-
nium periculorum. Sic Christus Dominus tota
vitæ suæ decursu, exultavit ut Gigas adcur-
rendam viam suam in fortitudine spiritus sui.
SCIENTIA est circa res humanas, sicut la-
pientia circa divinas; iudicium scilicet rectum
de rebus humanis & creatis secundum alissimam
causam, prout sunt à Deo conditæ, sic
de iis judicare & ordinare. Sic Christus D. Vi-
de et carete ab omni avaritia, Nolis thesa-
uirare vobis thesauros in terra. Quid prodest ho-
mini si mundum universum lucretur? PIETAS
est filialis affectio erga Deum ut patrem, cui
propterea cultum & officium exhibemus. Sic
Christus D. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum
ante te. TIMOR est quo Deum voluntarie re-
veremur, & nos ipsi subducere refugimus. Sic
Christus Dominus dicitur, Exaudiens in om-
nibus, profusa reverentia, & hoc effectu rever-
tentiae sic ordinarie movebatur in Deum, ut
hunc effectum habuerit præ ceteris plenior-
em, inquit S. Thomas, unde & dicitur de hoc
dono: Et replabit eum spiritus timor Domini.
Quis non timebit te, Domine, quem sic timeret &
reverenter filium tuum.

Sic, vero unicuique nostrum sicut Christus
D. septem illa dona conferuntur, cum gratia
sanctificante, ut ad actus supernaturales & ve-
re spirituales, excitemur. Ne sit quia tem-
plum Dei est, & spiritus Dei habitat in nobis.
Sed quām longe sumus ab ea obedientia quam
Christus illi exhibebat! Christus numquam
nos fere semper resistimus? Quod ut diligenter
caveamus, oportunum est illud Apostoli; Si
spiritu vivimus, spiritu & ambulemus,

Ratio hæc assertur inter alias, Quia quām
manifeste patet, nos facile posse ambulare spi-
ritu, id est, agi & agere ex spiritu sancti mo-
tu, rām aperte & potenter excitamus ut ita am-
bulemus. Nam cum ille agendi status sit tam
excellens & utilis, ut satis ex se liquet, nihil vi-
detur restare quod efficaciter excitemur ad il-
lum statum consequendum, quām ut probe scia-
mus nobis id esse facilius & iucundius eò per-
venire quām putetur. Quando enim illa tria si-
mul concurrunt: Excellentia rei, Utilitas, &
Facilitas, tuniculus est ille triplicis cui nihil re-
sistit. Hoc est igitur quod declarat illa prima
propositio, perinde quasi diceretur, si facili-
tas ambulandi spiritu, æque adsit ac præstan-
tia & utilitas, nonne tum ambulabis? quid re-
spondes? Tu qui hactenus nihil aliud respon-
disti quod minus spiritu ambulares, quām quia
id difficilius; si tibi manifeste ostenditur, id esse
facile, quid respondebis?

II. PUNCTUM.

SED si spiritu vivimus, manifeste patet no-

stra posse facile spiritu ambulare.

Primum enim in hunc præcipue finem nos Spi-
ritus ille vivificat, ut vitam spiritualem viva-
mus, quod est spiritu ambulare; An vero po-
tuit Spiritus sanctus hunc finem in nobis præ-
tendere, & non poterit nos ad eum perducere?
Numquid legisti de rotis illis mysticis, Quo-
cumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu. & ro-
ta pariter elevabantur sequentes eum, spiritus
enim vita erat in rotis? Jam vero, Idem spiritus
in te non poterit quod in illis rotis;

Deinde vero, quare abs te, unde habet cor-
pus tuum ut moveatur quod velis? nonne à spi-
ritu quo corpus vivit? Cur non ergo à Spiritu
sancto quo vivis, sic moveri & ambulare po-
teris, cum non sit minus potens ad te moven-
dum, quām spiritus tuus naturalis ad moven-
dum corpus? Spiritus est qui adiuvat infirmi-
tatem nostram.

Quod



Quod si dicas in te impediti Spiritum sanctum, quo te minus facile moveat, quid est quod illum impedit? Circumspice omnia, & videbis nullum esse alium praeter te ipsum. An vero sanus es es, si si corpus impediens? Et quidem corpus tuum potest impediiri ne ambulet, etiam nolente te? An vero ne ambules spiritu, non potest impediiri Spiritus sanctus per quem ambulas, nisi te volenter. O te miserum qui cum beatissimus esse possis, te miserum facis! Misere te anima tua.

III. PUNCTUM.

Si ergo spiritu vivimus, spiritu & ambulemus; Cùm icticet ex vita spirituali quam nobis confert Spiritus sanctus, apte pateat nos facile posse ambulare spiritu: & quandoquidem ita est facile, ut dictum est, jam nihil restet quod excusemus ne ita ambulemus. Propter quod, inquit Apostolus, remissa manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut

non claudicans qui erret, magis autem senetur.

Neque vero excuses mundum aut carnem, Non enim accepimus spiritum huius mundi, ne secundum hunc mundum vivamus, sed accepimus spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quia a Deo donata sunt nobis: & secundum illa vivamus. Neque ut sic ambulemus, expectandum est, donec nulli sint contrarij carnis motus, sed potius sic spiritu ambulandum est, ut illi carnales motus comprimantur. Sic enim habes, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficiet. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, Gal. 5. spiritus autem aduersus carnem. Hac enim sibi adversantur. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum virtute & concupiscentia. Nonne vis eius esse? An ubi crux? ubi malleus, ubi clavis? An incepisti serio carnem cruci affigere? Solo spiritu Christus ambulavit; Et qui I. Joan. 2. dicit se in Ipsi manere, debet scire ille ambulavit, & ipse ambulare.

Vide in 2. parte, in die Pentecostes, & in Indicibus Verbo Spiritus.

FERIA QUINTA.

SEPTEM ORDINARIÆ INFIRMITATES INFANTIVM, QVAS IN VTERO PATI VOLVIT VERBUM INCARNATUM.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Is. 53.

Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia, pro similitudine, absque peccato. Heb. 4.

VERITAS PRACTICA.

Non vivitur in amore Christi, sine dolore.
RATIO EST, Quia non vivitur in amore Christi, sine gravizelo.

Sed talis zelus affert dolorem.
Ergo non vivitur in amore Christi sine dolore;
Qui tamen omni gaudio est preferendus.

G

I.PUNC.



I. PUNCTUM.

3. p. q. 31.
a. 4.

DOTERAT quidem Dominus esse homo sine matre, assumendo humana carnem de quacumque materia voluisse; ut ait S. Thomas. Aut certe si matrem habere voluit, potest at nasci statim atque conceptus est. Aut si denique more aliorum Infantum in materno utero novem residere menses voluit, poterat non subiacere illorum misericordia & infirmitatibus. Verum cum verè nos amaret, vere dolores & languores nostros cum ipsa vita subire voluit, ut nobis amorem suum apertius indicaret, & nostrum provocaret.

Hæc portio sunt lepitem ordinatae infirmitates infantium, quamdiu subsistunt in utero; NONNISI viam matris vivere, & morte eius mori. NONNISI sanguine vivere. NONNISI aucto & contracto corpusculo. NON alio situ & statu quam qui horrorem inijiceret intuenti. NON aliter quam captivum detineri. NULLO libertatis usu gaudere, NULLO denique uti sensu, quam taetu, nec pene aliter vivere quam si nos vivieret.

Has omnes infirmitates sic sustinuit Dominus, ut præ cunctis infantibus longè gravius & acerbius eas sustinuerit, cum ipse compositionis & omni plenus scientia probe sciret & adverteret se in hoc miserando esse statu; Quod certe est tam horrendum & mirandum, ut hoc unum præcipue admiretur Ecclesia: Non horruisti Virginum uterum. Si nos amabat, sic se à nobis amari volebat, ut quemadmodum ille nostris, ita nos ejus doleremus malis.

Hic est sensus Veritatis proposita, Non vivitur in amore Christi sine dolore, Quia scilicet non est amor sine zelo, nec zelus sine dolore. Hæc sunt modo expenda. Ac primum illud quod non sit amor Christi sine zelo, id est sine vehementi desiderio amplificandæ eius gloriae, notificandi ejus nominis, & divini eius amoris communicandi. Nam cum JESUS tale sit bonum, tam præstant, tam jucundum, tam omni ex parte amabile, ut quanto magis Cor amantis in eius amore dilataetur, tanto sibi magis videatur constringi & arctari. Quid et restar quæ ut corda omnium hominum desidereret, quibus Christum suum magis amet, vel potius ut in cordibus omnium ipse Dominus vivat & ametur ab omnibus; Veni dilecte mihi, egrediamur in agrum, commoremur in villa. Hoc desiderium tam vehementer aliquos in-

Cant. 7.

cendit, ut quemadmodum ait sanctus Bernardus, Otium contemplacionis pro studio Predicationis libertissime intermitant, & S. Augustinus, Raps ad Eum, inquit, Quas potes animas & dic eis, hunc auemus, hunc amemus.

Serm. 373
in Cant.4. Confess.
12.

II. PUNCTUM.

SED talis zelus dolorem infert.

Nam cum Zelator divini amoris videat se parum posse erga homines, cum animadverterat longe plus valere vanitatem in mundo quam Veritatem; longe plus offendit Christum quam diligi: quantis dolorum aculeis pungitur! quantis tabescit desiderio! Tabescere me Ps. 118. facit zelus meus. Veritatem dico in Christo, non mentor, inquit Apostolus, testimonium mihi peribente conscientia mea in Spiritu sancto, quo Rom. 9. niam tristitia mihi magna est. Et continua dolor cordi meo. Neque enim tantum non aniatur Christus, quod solum si esset satis, esset, quod gemetur; sed præterea offenditur, & tot offendit, tam gravibus, tam sepe reperitis, & via unquam intermissis! O quis Christum amet & non gemat!

An tu spiranter Eum, & vivum in Cruce pendente sine lachrymis intueti potuisses? At nonne magis Eum cruciari vel uno peccato lethali credis quam sua cruce? Caro me, inquit Ille apud S. Augustinum, graviori tuorum criminum cruci affixisti? Gravior apud me peccatorum crux in qua in viuis pendeo, quam illa in quam tui misericordie ascendi. Si vel uni peccatori sic Christum loquentem & conquerentem audires, an illum diligeres & non doleres? Quid quod eum multis ita conqueritur? Quid quod tu ipse es cui loquitur, tu ipse qui Eum cruci affixisti? Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicit, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. O plaga peccatorum, plaga clavorum longe graviores! Si effigies homo Deum, quia vos configiuit me! Deinde quid fecisti, cum peccasti? Deduc quasi torquentem lachrymas, per diem & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Thron. 2.

Serm. 183.

Zach. 13.

Mal. 13.

Thron. 2.

III. PUNCTUM.

NON ergo vivitur in amore Christi, sine dolore. Aut enim non est amor, vel est zelus; aut non est zelus, vel est dolor; & quidem dolor

dolor continuus, quia malum Amati quod est peccatum numquam cessat in mundo. Quamdiu autem is qui vere amat, in amato malum videt, tamdiu necesse est ut doleat, aut non vere amat. Fuerunt mihi lachryme meae panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Ah ubi est Deus tuus? Deus ille qui est in utero virginis pro me! Deus ille qui in celo me expectat! Deus ille qui vivebat in anima; ubi es per peccatum? Quod si in cruce est per peccatum, totoque inter cœles quot peccata, ubi est Deus tuus? quot quantisque in crucibus & cruciatibus!

Hoc est quod à zelo quotidie dicitur amanti Deum, *Vbi es Deus tuus?* Hoc est quod illi lachrymas tam continuas facit, ut ne quid demas contineat dum panem sumit. Hoc est deni-

que quod amaram quandam jucunditatem facit, & jucundam amaritudinem, ut lachrymæ siant panes, & panis fiat *Panis doloris*. Quantum enim ex una parte sentitur doloris propter malum Amati, tantum ex alia, jucunditatis quidam sensus percipitur, quod ille dolor sit amoris dolor.

Itane tecum agitur? hoc intende, hoc ora:
Ciba me Domine pane hoc lachrymarum, & potum da mihi in lachrymis, in mensura. Hec est ira contra peccatum, qua est melior risu. Cor Ecl. 7
frumentum ubi haec tristitia est, & consiliorum ubi laetitia non sic temperata.

Vide infra, die nono Januarii. Et in 2. parte feriarum secundam post Dominicam Sexagesimæ & Quadragesimæ.

FERIA SEXTA.

SEPTEM VIRTUTES QVAS, INTER
 ALIAS, CHRISTVS DOMINVS IN VTERO
 VIRGINIS MATRIS EXERCVIT.

Ego autem in terra Captivitatis mea confitebor illi. Tobiae 13.

VERITAS PRACTICA.

Hom. 30. Nunquam est Dei amor otiosus.
in Evang.

RATIO affertur à S. Gregorio, cuius est hac ipsa Veritas proposita: Operatus etenim magna fuit, si vero operari renuit, amor non est. Sic porro formatur Ratiocinatio.

Qui vult & qui potest semper operari, nunquam est otiosus.

Sed Amor Dei vult & potest semper operari.
Ergo nunquam est otiosus, aut non est Amor Dei.

L P U N C T U M.

Tob. 13.

Ibid. 13.

Quæ de Tobia memorantur, Quod cum captus esset, in captivitate tamen positus, iam veritatem non deseruit; & quæ de se ipso dicit, Ego autem in terra captivitatis

mea confitebor illi, scilicet Deo, quem constantissime coluit: apie referti possunt ad Christum Dominum, in virginali utero velut in terra captivitatis residentem. Ibi enim ne momentum quidem unum clabi passus est, quo Deum non coleret, quo nobis non benefaceret, & quo virtutis alicuius actum non exerceret. Oculi mei semper ad Dominum.

Ps. 24.

Hæ vero septem inter alias cogitari possunt Virtutes, quas reperiit aut continuatis actibus exerceret frequentius. GRATITUDO: HUMILLITAS: RELIGIO: OBLATIO SUI: RESIGNATIO: COMPASSIO seu MISERICORDIA erga homines: CONTRITIO & Satisfactio pro ipsorum peccatis: Quia ut de se ajebat Job, sic vere Christus; Ab infantia mea eruerunt mecum miserationes, & ex uero matris mea egressa est mecum. Quæ vero Regina est omnium Charitas non recensetur

Tob. 32.

G 2

setur



secur inter illas septem, quia sic omnibus conjuncta erat ut ab iis nunquam non earum aetus imperaret, informaret & regeret, cum nunquam ab amando vacaret sicut ipse dicebat; *Quia Ego qua placita sunt Ei, facio semper.*

Ivan. 8.

Sic nos erudiebat, sic nos exemplo suo docebat: Numquam Dei amorem esse otiosum; sic nos permoverebat ad id considerandum & exequendum.

Ratio quæ id persuadet est facilis, quia videlicet, Qui vult & qui potest semper operari nūquā est otiosus. Quid est enim esse otiosum, nisi cessantem ab opere, seu non operantem, quando quis debet operari? Quid est autenī quod quis non operetur, nisi quod non vult vel quod non potest operari? Sic de pigro & otioso aperte Sapiens, Noluerunt quicquam manus eius operari. Et illi operari a patre familias inquisiti, Cur starent tota die otiosi, responderunt, quia Nemo nos conduxit; Quasi dicenter, in nostra non est positum potestate. Unde cum haec solum duæ afferantur rationes, cur quis non operatur, quia non vult, vel non potest, sequitur manifeste, ut qui vult & qui potest semper operari, nūquā sit otiosus.

Utrum horum tibi deest? An voluntas, an potestas? Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Visque quo piger dormies? quando consurges è somno tuo?

Prov. 21.

Math. 20.

II. P U N C T U M.

SED Amor Dei vult & potest semper operari. Primò quidem vult tam vere quam verus amor est, cùm amor nihil sit aliud quæ voluntas amantis tam propensa in amatum ut illi semper bene velit & benefaciat quantum potest. *Pondus meum, amor meus,* inquit S. Augustinus, è feror quoconque feror, Id est, in id maximè præpendeo quod amo. Hac est amoris nativa proprietas, ut amantis voluntatem inclinet in rem amatam. Quod expressius S. Dionysius: *Exstrem faciens, inquit, diuinus amor, amatores sui turu esse non sinit, sed in ea quæ amant penitus transfert.* ut scilicet agant, & agendo indicent quantum amant;

Prov. 30.

Hinc amor comparatur igni, Qui nūquā dicit suffici, & lampades eius, lampades igni atque flammarum. Aqua multe non

*I. 13. Conf.
c. 10.*

*I. de diu
zim. c. 10.*

potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam: Unde S. Augustinus, intellige vim Charitatis, ipsa est virtus quam nemo vincit, huius ignem nulli fluctus facili, nulla flumina tentationis extinguunt. Author vero libri de imitatione Iesu sic aptissime: *Amor Iesu nobilit ad magna operanda impellit, & ad desideranda semper perfectiora excitat. Amans volat, currat, & letatur: liber est & non tenetur, dat omnia pro omnibus, & habet, omnia in omnibus, quia in uno Summo super omnia quiescit, ex quo omne bonum fluit. Amor oris non sentit, laborem non reputat, plus affectat quam valer, de impossibilitate non causatur quia cuncta sibi posse & licere arbitratur. Valit igitur ad omnia. & multa implet, & effectus mancipat, Vbi non amans deficit & jacet.*

D E INDE vero, quod possit semper bene operari, vel ex copia, quod quicquid Amans operetur, id referre possit ad Deum & *1. Cor. 10.* ex eius amore facere; *Sive manducatio, inquit* Apostolus, *sive bibitis, sive aliud quid faciatis, Coloss. 3.* *omnia in gloriam Dei facite.* Eta libi: *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri IESV Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* Cum enim in his omnibus quæ à nobis ex officio vel necessitate, vel utilitate proximi agenda sunt, spectari possit eius Voluntas, quæ sic vitæ nostræ cursum ordinavit; Cumque in ea divina voluntate adimplenda vel maxime Deo placeamus, quid est quod non semper operari, & bens operari possit?

O Bonitatem divinam, quæ his contenta est nostris quotidianis operibus! O humanam malitiam quæ tam parva Deo negat, quæ magna fierent si libenter Deo darentur.

III. P U N C T U M.

NVNQVAM est ligitur Dei amor otiosus; Cum nunquam non operetur si velit autem quantum possit; *Sic omnis tempore diligit Prov. 7.* qui amicus est, ut ait sapiens, *Sic Charitas nunc 1. Cor. 13.* quam excedit, ut ait Apostolus, *sic Dominus, 1er. 31.* in Charitate perpetua nos diligit, ut ipse ait per Prophetam. *Sic denique admoneris, Eccl. 14.* Non defraudari à die bono, & particula boni domini non te praetereat. Itanè tu sic constanter! Nunquid multæ tibi horæ depereunt? An vis cestare ab amando? At quando otioris, cessas amare, quia Dei amor nō est otiosus. Eta si aliquando operari

operari non posse, etiamsi ad remittendum a-
nimum te interdum otiori contingere; ipsam
etiam operandi impotentiam, ipsam etiam o-
tiori necessitatem potes in amorem Dei con-
vertere; si quod ex ratione & necessitate non
potes facere; hoc ipsum non facias quia Deus

non vult hoc à te fieri. Nolite deficere benefaci-
entes. Quodcumque faciū, ex animo operamini, 2.Thess.3.
sicut Domino, & non hominibus. Mane se-
mina semen tuum, & vespere ne
cesset manus tua. Coloss.3.
Eccl.11.

SABBATO.

SEPTEM VIRTUTES PRÆCIPVÆ IN CVLTVM ET AMOREM VERBI IN- CARNATI EXHIBENDÆ

*Venite exultemus Domino, iubilemus
Deo salutari nostro.*

*Venite adoremus & procidamus ante
Deum. Psalm. 94.*

VERITAS PRACTICA.

Amor non nisi amore compensatur.

RATIO EST, Quia amor Dei erga nos de quo
hic agimus, non compensatur nisi per aliquid
a quale redditum.

Sed non nisi dato amore tuo, par & equale reddi-
deris.

Ergo ille amor non nisi amore nostro compensa-
tur; ac preinde omnia in cultum & amorem
suis convertenda.

L P U N C T U M .

QUAM multis nominibus Christo
Domino nostra debeamus officia;
quantum id à nobis Pater desiderer,
quantum ipse Filius mereatur, quant-
um Spiritus sanctus in id nos excitat, quant-
um denique Angeli suo nos provocent ex-
emplo, qui statim atque introductus est Pri-
mogenitus in orbem terrarum illud audie-

runt & executi sunt, quod refert Apostolus, Et *Hebr.10.*
adorent Eum omnes Angeli ejus; tu ipse tecum
revolve.

Et si vero nullum est pietatis officium, nul-
la virtus, aut ullus virtutis actus quem non ple-
ne & integrè in Ejus cultum & honorem exer-
cere debetas, tum h̄e potissimum septem virtu-
tes sunt exercendæ qua sunt præcipuæ, utpo-
te Theologicæ & Cardinales, ad quas cæteræ
referuntur.

FIDES, credendo firmissime quicquid *Ioan.11.*
docet; Utique Domine, ego credidi quia tu es Fi-
lius Dei qui in hunc mundum venisti. SPES,
plane ei fidendo in omnibus; Scio cui credidi;
& certus sum, quia potens est depositum meum
servare in illum diem. CHARITAS, Er-*Ioan.21.*
iam Domine, Tu sc̄i quia amo te. PRUDEN-
TIA, Non judicavi me scire aliquid nisi *1.Cor.2.*
tesum Christum, & hunc crucifixum. Verun-
dam existimo omnia detrimensum esse propter *Phil.3.*
eminenter scientiam Iesu Christi Domini mei.
JUSTITIA, Quæcumque sunt Religio-
nis, Pietatis & Gratitudinis: Dignus es Domine



Apoc. 4.

Ibid. 5.

Matth. 8.

Iean. 15.

Ps. 72.

Phil. 4.

I. Cor. 13.

Ibid. 6.

Prov. 11.

I. Ioan. 3.

Mal. 1.

Iudas.

Gen. 4.

Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem; Dignus est Agnus qui occisus est accipere veritatem & divinitatem. FORTITU-
DO. Sequar te quocumque teria. Domine tecum paratus sum, & in carcere & in mortem ire: animam meam pro te ponam. TEMPERANTIA. Quid mihi est in celo. & a te quid velui super terram? Scio & humiliari, scio & abundare, & satiari & esurire, omnia possum in eo qui me confortat.

Quae quidem virtutes possunt exerceri sine Charitate, sed non meritorie, non plene, nec perfecte. Neque vero tantum id curandum est, ut in Charitate habituali fiant, sed ut à Charitate actuali imperentur & informantur. Sic enim Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia iustificat, & aliarum virtutum omnes exercet actus; aut ut exerceantur, sic imperat, quasi ipsa eos laceret & exerceret. Omnia vestra in Charitate fiant. Sic Christus Dominus omnia ex amore. Et amor non nisi amore compensatur, seu Amori nihil sufficit nisi amor.

Expende diutius rationem propositam. Vide quam nulla fiat compensatio nisi per aliquid æquale, aut quam prope accedens quantum fieri poterit. Sic enim Jurisconsulti compensare, interpretantur liberare ab arte alieno per retributionem aliquius equalis. Compensonamque est simul pondero & retribuo. Quo spectat illud Sapientis: Statuta dolosa abominatione apud Dominum, & pondus equum voluntas eius.

Cogita quam justus amor Dei seu divina Bonitas velit a nobis amorem suum coli & compensari, quantum in nobis erit. Vide qualem Charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei non minemur & simus. Quam indignum & probosum, ut si quid melius habeas Deo reddendum, quod ille petat: tu illi neges! Maledictus dolosus qui habet in gregi suo masculum, & votum faciens immolat debole Domino, quia Rex magnus Ego, acit Dominum exercitum. Vt illis quia in via Cain abiuerunt.

II. PUNCTUM.

SE non nisi dato amore no[n] par & æquale reddiderit. Mirum quidem si sic etiam æquale dederas! quid est enim amor noster ad divinum? Sed quandoquidem eo contentus est Deus, & sibi eo satiachrum putat, laudetur

tanta Bonitas, & eò magis ameritur, quod minus à nobis amari potest, & quo minus amori tanto tam modicus noster amor ad æquari potest!

P. 17.

Aliud itaque magis est revolvendum, Quod nihil æquale est amori quam amor. Quod quidem verum est inter homines, at multo magis apud Deum, qui non nostra sed nos querit, nos inquam totos possidentos: Neque nos aliter vere possidet quam dato corde & amore nostro: Nec illi aliud quidquam æquale redideris nisi te totum sic plenè possideas: ut nihil cordis & affectus super sit quin ad Eum amandum, plane profuderis. Quia quod æqualitatem facit, si qua est æqualitas, non est rei data substantia, non ejus qualitas, aut quantitas, sed tota & integra nostri donatio; unde sicut æqualitas dicitur perfici quando rotum donatur, sic nisi detur, quicquid dederis, nihil æqualedatur: Totum est dandum, in quo uno toto tota est æqualitas, & sine quo nulla. Sic aptè sanctus Bernardus de re tota, ipse, inquit, meri-

Serm. 8.

in Cant.

tum, ipse sibi primum est amor: preter se non requirit causam, non fructum, fructus ejus, usus ejus. Amo, quia amo, amo ut amem. Magna res amor si tamen ad suum revertat principium, si sua origini redditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat unde jugiter fluat. Solus est amor ex omnibus animis mortibus, sensibus, atque affectibus, in quo potest creature, & si non ex aequo, respondere auctori, vel de simili mutuam redire vi-

com. Quidquid prator te ipsum dat, inquit ille ipse L. 4. de I. Amator tuus, nihil euro, quia non quero datum mit. Ch. 6. 8 tuum, sed te: si ut non sufficeret tibi omnibus habui preter me, ita nec mihi placere poterit, quidquid dederis, te non oblaio. Ad hanc quid respondes? vide sic saltem nihil paramori esse, quam amorem?

III. PUNCTUM.

AMOR igitur quo nos Deus amat non nisi amore nostro compensatur, si quare compensari potest. Quia ut vides, nihil æquale est amori quam amor, qui nos totos Amoris d'vino reddit, cui rotum quod sumus debemus; quod quando est per solutum, sat is quidem sibi est factum divina Bonitas reputat; sed nunquam alter, nunquam si quid desit. **A**nania, nonne manens sibi ma-

A. 2.

nebas?

3.Reg.18.
Luc.14.

nebat? Usquaque elaudatio in duas partes?
Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que perfidet, non potest meus esse discipulus. O certe divinam aequitatem, quae nihil à me perit nisi quod debeam & quod possunt reddere! Sed o divinam Justitiam, quae id jure repetit & jure punit nisi reddito!

Nec me putas, inquit sanctus Bernardus, post multa de hoc argumento, rem exaggerare sermonibus: quia hic deficit omnia lingua, nec sufficit oculus, vel ad intuendum tanta Majestatu arcanum. Cum ergo si donavero quicquid sum, quicquid possum, nonne istud si est, sicut stella ad Solem, gutta ad fluvium, lapis ad montem, granum ad aceruum? Non habeo nisi minuta duo, immo minutissima corporis & animam, vel potius unum minutum, voluntatem meam, & non dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum tanto beneficiu praevenit, qui toto se rotum me comparavit? Alioquin si illam retinhero, qua fronte, quibus oculis

lie, qua mente, qua conscientia vado ad viscera misericordia Dei nostri? Et quae plura ibi habet.

Ah mi amor, Christe Iesu, nisi haec sufficient ut me toto, te totum amem, indigos plane sum quem Tu ames, & dominus vere sum illa maledictione quam intentat Apostolus tuus, Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema.

1.Cor.16.

Vide in Indicibus Verbo, Amor
Charitas.



DOMI-

